



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo Iudæi Christum refutare conantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 51. & seq.

Amen, amen dico vobis si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudaei, nunc cognouimus quia demonium habes, Abraham mortuus est, &c.

QVÆSTIO I.

An qui sermonem Christi seruat, mortem non sit visurus?

Seruare sermonem credere, facere.

§. 1. SERMONEM Christi seruare, non est duntaxat fide apprehendere vitam aeternam, ac secum statuere se ex electorum esse numero. Sed Christo credere, & leges eius obseruare. Illi enim salus promittitur, qui audit verba, & facit. non solum fidei illud est pretium, sed fidei operatrici, fidei & caritatis. Sermonis Christi obseruantia mortis aculeus retunditur, non sola fide. Caluinus ad fidem omnia refert, & Musculus. Christus se Patris sermonem seruare profiteretur; non fide, sed obedientia. Neque enim in Christo fides erat. Christi autem sermo non credendo, sed etiam diligendo seruatur. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & qui non diligit me, sermones meos non seruat. & qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Non est igitur hoc solius fidei elogium, sed obedientiae, qua omnibus Dei mandatis obsequimur. Diuino plane Spiritu, hic loquitur Chrylостomus. *Εὐαγγέλιον ὁ πῶς πιστὸν μὴ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τὸν κατὰ θεόν.* Hic non de sola fide loquitur, sed etiam vitam puram. Iudaei quoque cum de Abrahamo, & Prophetis obiciunt, eos Deo obediuisse, sermonem seruasse contendunt, & tamen esse mortuos, Syrus habet: *ברית וברן* & de Prophetis.

VERSUS 53.

Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis?

QVÆSTIO I.

Quomodo Iudaei Christum refutare conantur?

§. 1. CONSECIARIUM videbatur, ut quaererent; an ipse Deo maior esset? Nam qui sermonem Dei seruauerunt, mortui sunt, non igitur a morte liberare posset sermo Christi, nisi ille melior & efficacior sit, quam verbum Dei. Verum satis ad inuidiam in eum concitandam putabant esse, si Abrahamo se praefere videretur.

Caluinus occasionem calumniandi sibi praebitam cum Iudaeis existimauit. [Alterum vitium, quod splendore Abraham, & sanctorum, Christi gloriae tenebras effundere conantur, &c. Verum haec prauitas omnibus saeculis grassata est, & hodie adhuc grassatur, ut impii lacerando Dei opera, ipsum sibi quasi contrarium faciant. Illustrauit Deus nomen suum per Apostolos, & martyres; Papistae sibi idola ex Apostolis, & martyribus confingunt, quae Deo locum occupent. An non hoc modo sibi ex Dei gratiis fabricant machinas ad diruendam eius virtutem? Quantulum enim restat Deo, & Christo, si habeant

sancti, quod illis prodige largiuntur Papistae?] et Addit, nos sanctis in sublimi euectis, Christum in ordinem cogere. Duplicitet vero peccare, quod in doctrina, sanctos praefereamus Christo. Deinde quod illos vestientes Christi spoliis, eum prope sua virtute exinaniamus.

Vera falsis miscet. Verum est Christum esse solem; sanctos vero stellas. Verum etiam Deum nomen suum per sanctos illustrasse, & totum ordinem euerri, nisi sancti subiciantur Christo.

At vero calumnia est, cum dicit: Nos idola nobis Calumnia ex sanctis fabricare. Parum Deo relinqui, sanctos ex Calumnia tolli, Christum in ordinem redigi. Sanctorum doctrinam Christi praeferi doctrinae. Idola non facimus, nullum enim Sanctum Deum esse dicimus, omnes pro Deifamilis habemus: quicquid illis tribuimus Deo auctori in solidum ascribimus. Christo integram virtutem relinquimus, sine qua negamus, quicquam posse sanctos. Nec regis gloriam obfuscat, si alicui eius in honore retinetur, nec diuinæ maiestatis minor est existimatio, si honorati sint amici illius. Omnis vero honor illis impensus, ad Domini gloriam spectat, propter quem sancti in precio sunt. Verum haui ista Caluinus ex fordibus ac tectis Manichaeorum, Vigilantii, Iuliani, Pseudoapostolicorum, Walden- Caluinus sium lacunis. Hinc alibi eorum doctrinam in dubium vocat. Imo ipsum Abrahamum in Gen. 16. grauius Caluinus inculat. Claudicasse ac titubasse in fide, declinasse a verbo Dei. uxorem Saram prostituisse. Quis etiam Abrahamum adulterii accusat, quod Agarem viua Sara duxerit. Nos de honore sanctorum doctrinam ex sacris literis, & patris patribus acceptam tuemur.

Clemens 1.5. constitut. Apost. cap. 7. De martyribus vero praecipimus vobis, ut in omni honore sint apud vos, ut apud nos fuerunt Iacobus Episcopus, & diaconus noster Stephanus, hos enim & Deus beatos fecit, & viri sancti honorarunt, & fuerunt puri omni delicti, & neque ad peccatum stecti, neque a virtute detorqueri potuerunt, quarum non sunt dubia laudes, de quibus Dauid aiebat, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius; & Salomon, memoria, inquit, iustorum cum laudibus: de quibus Propheta: Viri, inquit, iusti tolluntur.

Tu consule notas Turriani hunc in locum. Et adde ab hoc tempore Ecclesiarum omnium consensum, quem Caluinus, cum non possit conuelleret, turbare nititur.

VERSUS 54.

Respondit Iesus, Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est, est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.

QVÆSTIO I.

An Christus se ipse non potuerit glorificare?

§. 1. SICUT ego me ipsum glorifico, gloria mea nihil est. *Christus se* Quod ex opinione Iudaeorum & concessio- glorificatus ne dicitur. Nam Dei gloria etiam cum se ipse glorificat, solida est. Tam enim filius Deus est, quam pater. Imo eadem patris deitas est filio communicata. Beza hoc loco Caluinum contra Sorbonicos Doctores tueri conatur. [Itaque digni sunt, qui a Christianis omnibus conspuantur illi maledici duo sophistae Sor-